



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Homine Spirituali

Walenburch, Adrian van  
Walenburch, Peter van

Antverpiae, 1666

3. [i. e. 4.] Consid. Fideles & pios hoc agere & operare, quod agit & operatur Christus Iesus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10007**



## CONSIDERATIO IV.

*Fideles & pios hoc agere & operari,  
quod agit & operatur Christus*

I E S U S.

1. **O** Stendi breviter, fideles & pios hoc esse, quod est Christus IESUS, & consequenter hoc cognoscere, hoc amare, quod cognoscit, & amat Christus IESVS; de quibus & in sequentibus incidenter erit sermo. Sequitur, ut demonstrem, fideles ac pios hoc agere & operari, quod agit & operatur Christus IESUS. Quia verò in Christo IESU elucent ejus passiones, quas voluntariè sustinuit, nullus mirabitur, si passiones illas operationibus IESU Christi annumerem; ipso Apostolo, quasi ad objectum attributionis, omnem suam notitiam ad Christum crucifixum transferente,

2. *Credimus Christum Iesum esse*

mor-



mortuum. Sed & Apostolus dicit,  
*(a) An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo IESU, in morte ipsius baptizati sumus?* Ponit illud, tanquam rem fidelibus notissimam, ideoque addit; *(b) Mortui sumus cum Christo.* *(c)* Quia scilicet caput fidelium est Christus; ideo quod dicitur de capite, etiam tribuitur membris, per communicationem ejusdem spiritus unitis. Atque indè sic argumentatur divinus Apostolus: *(d) Si unus pro omnibus mortuus est, ergò omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus.* Moriuntur omnes homines in Christo, nec est infidelis, paganus, & peccator, qui cum Christo eatenùs non moriatur, ut fiat capax gratiarum ex meritis Christi descendentiũ. Sed per hoc non fiunt membra sub capite Christo; non incorporantur Christo per com-

*(a) Rom. 6. 3. (b) Ibid. v. 8. (c) Vid. S. Ambros. lib. 2. de Sacram. cap. 5. To. 4. col. 360. M. (d) 2. Cor. 5. 14.*



communicationem spiritus Christi, nisi in ipsius morte baptizentur.

3. Sicut fideles moriuntur cum Christo IESU, ita cum eodem sepeliuntur; teste rursus Apostolo;  
 (a) *Consepulti sumus cum illo per Baptismum in mortem. Quod & repetit,*  
 (b) *Consepulti ei in baptismo.*

4. Qui moriuntur & sepeliuntur cum Christo IESU, cum eodem ad meliora, majoraque transeunt. Nam  
 (c) *Deus qui est dives in misericordia, propter nimiam charitatem suam quã dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, cuius gratia estis salvati, & conresuscitavit & consedere fecit in caelestibus in Christo IESU, ut ostenderet in seculis supervenientibus abundantes divitias gratia suæ in bonitate super nos in Christo IESU.*

5. (d) Explicat Apostolus modo  
 eximio

(a) Ro. 6. 4. (b) Coloss. 2. 12 (c) Eph. 2  
 4. (d) Vid. S. Leon. Ser. 1. de Ascens.  
 Dom. Bibl. Patr. To. 5. Part. 2. p. 851. B



*Consideratio IV.* 19

eximio Dei misericordiam ergà fideles; divitias bonitatis ejus exaltans; charitatem ab excessu commendans; quòd adeò dilexerit peccatis mortuos, ut eos Christo convivificaret, hoc est, eâdem vitâ spirituali cum Christo viverent, & in Christo viverent, & in Christo resuscitarentur; cum Christo, & in Christo sederent in cælestibus, tanquam membra in suo capite; & sic Deus ostēderet futuris seculis abundantes gratiæ suæ divitias super fideles effusas, quatenùs Christo IESU uniuntur & incorporantur; quoniam  
(a) *ipse est caput corporis Ecclesiæ.*

CONSIDERATIO V.

*Utilitas ex præcedenti Consideratione.*

I. **A** Postolus multiplicem deducit utilitatem ex unione fidelium cum Christo IESU. Audiamus

(a) *Coloff. 1. 18.*